

# Euripides mulierum osor num recte dicatur.

## Altera pars.

### Euripides de matrimonio quid senserit.

Quotquot Graecorum de matrimonio scripserunt, liberorum procreationem eius finem esse omnes consentiunt, de ceteris rebus, quae huc pertinent, non item. Nam Plato quidem matrimonium ad rem publicam omne retulit, singulorum hominum voluntatibus nihil reliquit. cf. Plat. legg. VI. p. 773. B. καὶ κατὰ παντός εἰς ἔστω μῦθος γάμου, τὸν γὰρ τῇ πόλει δεῖ συμφέροντα μνηστεύειν γάμον ἑαστον, οὐ τὸν ἡδιστον ἀντιῶ. Humanius aliquanto et elatius Aristoteles. Qui quum animadvertisset, familiam antiquiorem esse et magis necessariam, quam civitatem, ne eorum quidem, qui familias constituent, voluntates, studia, utilitates negligendas esse censet; nam eo ipso differre bestiarum congregationes et hominum matrimonia, quod, quum illis nihil nisi generis propagatio spectetur, haec etiam singulorum hominum causa ineantur, quia et utilitatem vitae et incunditatem addant. cf. Aristot. ethic. Nicom. D. 14. 30 ed. Bekker., et oec. III. p. 5 ed. Götting.

Videamus iam, utri assentiatur, feminarum osor Euripides. Hic quoque in liberorum procreatione finem matrimonii ponit, de quo plana sunt et evidentia verba Andromachae in fabula ab ipsa denominata vv. 3—4.

Πριάμον τύραννον ἐστὶαν ἀφικόμεν  
δάμαρ δοθεῖσα παιδοποιὸς Ἐκτορι.

Troad. v. 846.

πόσιν τεκνοποιόν.

Phoen. v. 338.

σὲ δ' ὡ τέκνον καὶ γάμοισι δὴ κλύω  
ζυγέντα παιδοποιὸν ἡδονὰν — ἔχειν.

Heracl. v. 523.

τίς γὰρ παιδοποιεῖν ἐξ ἐμοῦ βουλήσεται.

Orest. v. 1080.

σὺ δ' ἄλλο λέκτρον παιδοποιῆσαι λαβών.

in Iphigenia vero Aulideasi v. 1165 Clytaemnestra, ut Agamemnoni probet se bonam esse uxorem, commemorat se plures partus edidisse.

Itaque ille laudatur pulcherrimus dies et cui nec solis ipsius splendor nec ver novis floribus virescens comparari possit, quo parentibus primus infans cupientibus nascitur. cf. fr. Dan. 318.

φίλον μὲν φέγγος ἡλίου τόδε  
καλὸν δὲ πόντιον χεῖμ' ἰδεῖν εὐήμερον  
γῆ τ' ἡρινὸν θάλλουσα πλούσιόν θ' ὕδαρ  
πολλῶν τ' ἔπαινον ἔστι μοι λέξαι καλῶν,  
ἀλλ' οὐδὲν οὕτω λαμπρὸν οὐδ' ἰδεῖν καλὸν  
ὡς τοῖς ἄπαισι καὶ πόθῳ δεδηγμένοις  
παίδων νεογνῶν ἐν δόμοις ἰδεῖν γάος.

Quae quum ita sint, in gravissimis malis ducitur liberos non habere. Ion. v. 630 sq. *ἄλλως τε τὴν σὴν ἄλοχον οἰκτεῖρω, πάτερ, ἄπαιδα γηράσκουσαν.* ibid. vv. 318. 798—800. Med. vv. 665—666. ell. v. 683. Androm. γ. 417 sq. *ὅστις δ' αὐτ' ἄπειρος ὢν ψέγει, ἦσσον μὲν ἄλγει, δυστυχῶν δ' εὐδαιμονεῖ.* Ion. v. 318. *ὦ τὰλλ' εὐτυχούσ' οὐκ εὐτυχεῖς* 1).

Iam Platonem, quo diximus loco, si audias liberis procreatis homines omnia perfecerunt, quae debebant spectare, quum matrimonium inibant; habet enim iam respublica, qui futuri sint eius ci- ves. Sed hic omnes hominum rationes totas e republica pendere iussit, singulorum studia, volun- tates, caritates nullius momenti duxit. Hoc constituto minus miraberis quod idem ille de femina- rum natura fecit iudicium; nam quum eam *χείρονα πρὸς ἀρετὴν* dicit 2), virtus illa tota civilis est; feminis ille minus honoris tribuit, quia his ea obtigit provincia, res domesticas ac privatas ut ad- ministrarent et ornarent.

Aliter Euripides sensit; hic hominem non ut civem et civitatis participem, ut recte dicit Goebelius, aestimat, sed ut hominem, indeque potuit efficere, ut res domesticas ac matrimonii fami- liaeque rationes in maiorem dignitatem et altiorem quendam locum eveheret. Atque ex hoc quidem ipso, quod, quam feminarum esse provinciam diximus, eam non indignam ille iudicavit, de qua ac- curatius et copiosius, quam quisquam antea, exponeret, apparere videtur, ab odio mulierum, quo flagrasse eum ferunt, alienum fuisse.

Ac matrimonium quanti duxerit, vel ex eo colligere licet, quod quum aequales, ut diximus, in republica omnem fere operam et studium collocanda existimarent, is in coniugis bonitate et pro- bitate pulcherrimam fortunam ac summam felicitatem sitas esse censet; cf. Orest. vv. 595 sqq.

*γάμοι δ' ὅσοις μὲν εὖ καθεστᾶσιν βροτιῶν  
μακάριος αἰὼν· οἷς δὲ μὴ πίπτουσιν εὖ  
τά τ' ἔνδον εἰσὶ τὰ τε θύραζε δυστυχεῖς.*

fr. Andromed. apud Stob. tit. 67. 10.

*τῶν πλοῦτων ὅδ' ἄριστος γενναῖον λέχος εὐρεῖν.  
ἄριστον ἀνδρὶ κτῆμα συμπαθῆς γυνή.*

ibid. 13.

quibus compares Sophoclis fragmentum apud Stob. tit. 67. 5.

*τίς δ' οἶκος ἐν βροτιῶσιν ὀλβίσθη ποτὲ  
γυναικὸς ἐσθλῆς χωρὶς, ὀγκωθεῖς χλιδῆ;*

Hanc ob causam non dubitat copiose docere, quo modo hanc felicitatem assequi possimus.

Ac primum quidem, quum statueret ex malis parentibus malos liberos nasci, monet in eli- gendis coniugibus quaerendum esse, quinam sint parentes. Androm. vv. 609. sqq.

*καγὼ μὲν ἠῦδον τῷ γαμοῖντι μήτε σοι  
κῆδος συνάψαι μήτε δώμασιν λαβεῖν  
κακῆς γυναικὸς πᾶλον· ἐκφέρουσι γὰρ  
μητρῶν ὄνειδῶν· τοῦτο καὶ σκοπεῖτέ μοι  
μνηστῆρες, ἐσθλῆς θυγατέρ' ἐκ μητρὸς λαβεῖν.*

1) cf. Mimnerm. apud Bergk. p. 315.

2) Plat. legg. VI, 781. B.

ibid. vv. 629 sqq. κύνιστον βροτοῖς

πένητα χρηστὸν ἢ κακὸν καὶ πλούσιον  
γαμβρὸν πεπᾶσθαι καὶ φίλον.

ibid. vv. 1251 — 1255. fragmentum apud Stob. tit. 72. 3.

εἰ χρὴ γαμεῖν, χρὴ τὰ τε γενναίων γαμεῖν  
δοῦναι τ' ἐς ἐσθλοὺς ὅσους εὖ βουλευέται,  
κακῶν δὲ λέκτρων μὴ πινυμίαν ἔχειν,  
μηδ' εἰ ζαχρῦσους οἴσεται φερνάς δόμοις.

ibid. tit. 72. 12. fr. Meleagri

ἠγησάμην οὖν, εἰ παραζεύξει τις  
χρηστῶ πονηρὸν λέκτρον, οὐκ ἂν εὐτεκνεῖν,  
ἐσθλοῖν δ' ἂπ' ἀμφοῖν ἐσθλὸν ἂν φῦναι γόνον.

hos autem parentes non loco et ordine neque divitiis aestimandos esse, sed virtute, quales sint.  
Electr. vv. 1097 sqq.

ὅστις δὲ πλοῦτον ἢ εὐγένειαν εἰσιδὼν  
γαμεῖ πονηρᾶν, μῶρός ἐστι· μικρὰ γὰρ  
μεγάλων ἀμείνω σώφρον' ἐν δόμοις ἔχειν.

Suppl. vv. 225 sq.

χρῆν γὰρ οὔτε σώματα  
ἄδικα δικαίοις τὸν σοφὸν συμμιγνύναι.

Deinde praecipit, ne quis eam potissimum in matrimonium ducere velit, quae eximia formositate praedita sit, sed morum probitatem magis et ingenii praestantiam animique virtutes spectet.  
Antiop. fr. ap. Stob. tit. 72. 8.

εἰ νοῦς ἔνεστιν· εἰ δὲ μή, τί δεῖ καλῆς  
γυναικὸς, εἰ μὴ τὰς φρένας χρηστὰς ἔχοι.

fr. Oedipi ibid. tit. 66. 1.

νοῦν χρὴ θεᾶσθ', οὐδέν τι τῆς εὐμορφίας  
ὄφελος, ὅταν μὴ τὰς φρένας καλὰς ἔχη.

Iphig. Aul. vv. 1410 sq.

μᾶλλον δὲ λέκτρων σὼν πόθος μ' εἰσέρχεται  
εἰς τὴν φύσιν βλέψαντα· γενναία γὰρ εἶ.

et morum quandam et ingenii similitudinem intercedere vult. Antiopae fr. ap. Stob. tit. 70.

κῆδος καθ' αὐτὸν τὸν σοφὸν κτᾶσθαι χρῶν.

in quo assentientem habet Aristotelem, cuius in *Oeconomicis* c. IV de eadem re sunt haec: αἱ γὰρ ἀνομοιότητες τῶν ἡθῶν ἡμιστον φιλικόν.

Alia denique praecepta a naturae legibus repetuntur; monet enim, ne vel uxor maritum aetate antecedit<sup>1)</sup> neve paribus sint aetatibus; nam quum femina citius senescat, quam vir, facile fieri,

1) fragm. Epicharmi apud Ahrens. de dial. dor. in appendice p. 461.

ὦ θυγατερ αἰατ' ἴγχα,  
ὅς συνοικίζων νέψι σ' ὄλεσσα πολὺ παλαιτέρην.

ut maritus aliunde naturae expletionem quaerat et ita concordiam domesticam turbet. fr. 24 apud Nauck.

κακὸν γυναῖκα πρὸς νέαν ζεῦξαι νέον·  
μακρὰ γὰρ ἰσχὺς μᾶλλον ἀρσένων μένει,  
θῆλεια δ' ἤβη θάσσον ἐκλείπει δέμας.

et apud Clementem Alexandr. strom. VI. p. 740, qui locos diversos videtur confudisse

κακὸν γυναῖκα πρὸς νέαν ζεῦξαι νέον·  
ὁ μὲν γὰρ ἄλλης λέκτρον ἱμείρει λαβεῖν,  
ἡ δ' ἐνδεὴς τοῦδ' οὔσα βουλευεῖ κακά.

Multo autem minus videtur probari posse, ut senex iuvenem mulierem ducat, quae verendum est ut maritum amet, cf. fr. Phoenicis ap. Stob. tit. 71. 8

πικρὸν νέα γυναῖκί προσβύτης ἀνήρ<sup>1)</sup>).

magis etiam, ne suae ipsius voluntati subiiciat domique dominetur cf. fr. Phoenicis ap. Stob. tit. 71. 1.

δέσποινα γὰρ γέροντι νυμφίω γυνή.

id quod summo et marito et toti familiae dedecori esse ait Euripides. Electr. vv. 928 sqq.

πᾶσιν δ' ἐν Ἀργείοισιν ἤκουες τάδε·  
ὁ τῆς γυναικός, οὐχὶ τάνδρὸς ἡ γυνή.  
καίτοι τόδ' ἀσχερὸν προστατεῖν γε δωμάτων  
γυναῖκα, μὴ τὸν ἄνδρα· κακείνους σιγῶ  
τοὺς παῖδας, ὅσους τοῦ μὲν ἄρσενος πατρὸς  
οὐκ ὠνόμασται, τῆς δὲ μητρὸς ἐν πόλει.

Orest. v. 734.<sup>2)</sup>

Hoc incommodum ut vitetur, cavendum est, ne quis feminam ducat vel divitiis praepollentem vel multo superiore, quam ipse, loco natam, Electr. v. 934 sq.

ἐπίσημα γὰρ γήμαντι καὶ μείζω λέχη·  
τάνδρὸς μὲν οὐδεῖς, τῶν δὲ θηλειῶν λόγος.

fr. apud Stob. tit. 70. 4.

ὄσοι γαμοῦσι δ' ἡ γένει κρείσσους γάμους  
ἢ πολλὰ χρήματ', οὐκ ἐπίστανται γαμεῖν·  
τὰ τῆς γυναικός γὰρ κρατοῦντ' ἐν δώμασι  
δουλοῖ τὸν ἄνδρα κοῦκέτ' ἐστ' ἐλεύθερος.

fragm. Sapphus apud Stob. tit. 71. 4.

ἀλλ' ἐὼν φίλος ἀμῖν λέχος ἄρονσο νεώτερον  
οὐ γὰρ πλάσσω' ἐγὼ ξυνοικεῖν οὔσα γεραιτέρα.

1) Theognid. v. 457 ap. Bergk.

οὐ τοι σύμφορόν ἐστι γυνὴ νέα ἀνδρὶ γέροντι.

2) fr. Theocriti apud. Stob. 74. 39.

ὑπὸ γυναικός ἀρχεσθαι ἔβρις ἀνδρὶ ἐσχάτη.

fr. 772 apud Nauck.

ἐλεύθερος δὲ δοῦλός ἐστι τοῦ λέχους  
πεπραμένον τὸ σῶμα τῆς φερνῆς ἔχων.

cf. Rhés. v. 168.<sup>1)</sup>

Quomodo igitur mos est, ut pater familias domui praesit, ita tanti imperium hoc domesticum ducitur, quanti omnes eae res, quas carissimas habebant Graeci, patria, copiae rei familiaris.

Oedipi fr. apud Stob. tit. 67. 1.

μεγάλη τυραννίς ἀνδρὶ τέκνα καὶ γυνή·  
ἴσῃν γὰρ ἀνδρὶ συμφορὰν εἶναι λέγω  
τέκνων ἢ ἁμαρτιῶν καὶ πάτρως καὶ χρημάτων  
ἀλόχου τε κερνῆς, ὡς μόνον τῶν χρημάτων  
ἢ κρεῖσσόν ἐστιν ἀνδρὶ σῶφρον' ἢν λάβῃ.

Omnis eorum quos laudavi locorum habitus et quasi color quidam ostendunt, non id velle Euripidem, ut unius patris familiae dominatu omnia teneantur, eiusve ad arbitrium omnia fiant, sed ut, quae in quemque cadant, ea et maritus et uxor agant et moderentur. Troad. v. 657 sq.

ἦδειν δ' ἄμὲ χρῆν νικᾶν πόσιν  
κείνη δὲ νίκην ὧν ἐχρῆν παρίεναι.

et in Iph. Aul. vv. 738 sqq. Clytaemnestrae sunt haec:

μὰ τὴν ἄνασσαν Ἀργεῖαν θεάν·  
ἐλθὼν δὲ τᾶξω πράσσει, τὰν δόμοις δ' ἐγώ,  
ἃ χρῆ παρῆναι νυμφίουςι παρθένους.

ibid. vv. 734—735. cf. Aristot. Ethic. Nicom. 9. 12. 5 ed. Bekker.

Et patri quidem familiae quum rerum publicarum potissimum atque earum, quae foris agenda sunt, cura obtigerit, familia et alenda est et a periculis extrinsecus impendentibus defendenda, Herc. fur. vv. 573 sq.<sup>2)</sup>

τῷ γὰρ μ' ἀμύνειν μᾶλλον ἢ δάμαρτι χρῆ  
καὶ παισὶ καὶ γέροντι;

ibid. v. 576 sq.

καὶ δεῖ μ' ὑπὲρ τῶνδ', εἶπερ οἶδ' ὑπὲρ πατρός,  
θνήσκειν ἀμύνοντ'

ibid. vv. 579—586.

eiusque in rebus ad rem publicam pertinentibus patrocinium suscipiendum vicesque sunt gerendae. Nam nihil nisi hoc sibi volunt in Supplicibus Aethrae illa, quae rogata a matronis Argivis, ut

1) Pseudophocylid. apud Bergk. p. 353 vv. 199 sqq.

μηδὲ γυναῖκα κακὴν πολυχρήματον οἰκαδ' ἄγεσθαι.  
λατρεύσεις δ' ἀλόχῳ λυγρῆς χάριν εἵνεκα φερνῆς.

2) cf. Aristot. oec. III. τὸ μὲν γὰρ ἰσχυρότερον τὸ δὲ ἀσθενέστερον, ἵνα τὸ μὲν φυλακτικώτερον ἢ διὰ τὸν φόβον τὸ δὲ ἀμυντικώτερον διὰ τὴν ἀνδρίαν, καὶ τὸ μὲν πορῆζῃ τὰ ἐξωθεν τὸ δὲ σώζῃ τὰ ἐνδον, καὶ πρὸς τὴν ἐργασίαν τὸ μὲν δυνάμενον ἐδραῖον εἶναι πρὸς δὲ τὰς ἐξωθεν θύραυλιās ἀσθενὲς τὸ δὲ πρὸς μὲν τὰς ἡσυχίας χεῖρον πρὸς δὲ τὰς κινήσεις ὑγιεινόν.

efficeret, per Thebanos filiorum caesorum corpora sepelire ut sibi liceret, filii, inquit, mei arbitrio rem permittam,

πάντα γὰρ δι' ἀρσένων  
 γυναιξὶ πράσσειν εἰκός, αἰτινες σοφαί.

Nec dissentit ab Euripide Theophrastus apud Stob. tit. 85. 7. οὐ γὰρ τὴν γυναῖκα δεινὴν ἐν τοῖς πολιτικοῖς, ἀλλ' ἐν τοῖς οἰκονομικοῖς εἶναι, et nostratum eadem fere sententia est.

Feminae contra quum a natura corpus minus fere validum, quam viro, datum sit et ad graviores labores perferendos parum idoneum, ad hanc matris familiae officia et munera, denique res, quae domi intus aguntur, pertinent; cf. fr. apud Nauck. 920.

ἔνδον γυναικῶν καὶ παρ' οἰκίταις λόγος

itaque est in fragmento Meleagri apud Stob. tit. 70. 6.

εἰ δ' εἰς γάμους ἔλθοιμ', ὃ μὴ τίχοι, ποτέ,  
 τῶν ἐν δόμοισιν ἡμερευουσῶν αἰεὶ  
 βέλτιον ἂν τέκοιμι δώμασιν τέκνα.

et apud Nauck. fr. 625.

ἔνδον μένουσαν τὴν γυναῖκα εἶναι χρεῶν  
 ἐσθλήν.

eandemque ob causam quae feminae posthabitis et neglectis rebus ipsarum curae mandatis saepius absint a domo, eae sibi infamiam movent. Troad. v. 650 sq.

αὐτὸ τοῦτ' ἐφέλκεται  
 κακῶς ἀκούειν, ἥτις οὐκ ἔνδον μένει.

Ab hac iam distributione officiorum et inde, quod res publicae omnino in maiore apud Graecos honore erant, quam domesticae ac privatae, quodque maritus et alit et defendit uxorem, patris familiae ius potestasque, qua domi imperat, repetitur; animi vero et mentis praestantia viros antecedere, Euripides nusquam, ne iis quidem in locis dixit, qui gravissimum mulierum odium prae se ferre videntur.

At his repugnare videtur fragmentum Inus hoc:

ὦ θνητὰ πράγματ', ὦ γυναικεῖαι φρένες  
 ὅσον νόσημα τὴν Κύπριν κεκτήμεθα.  
 φεῦ  
 ὅσφ' τὸ θῆλυ δυστυχέστερον γένος  
 πέφνεν ἀνδρῶν· ἐν τε τοῖσι γὰρ καλοῖς  
 πολλῶ λείπεται, κατὰ τοῖς αἰσχροῖς πλέον.  
 τίς ἄρα μήτηρ ἢ πατήρ κακὸν μέγα  
 βροτοῖς ἔφυσε τὸν δυσώνημον φθόρον;  
 ποῦ καὶ ποτ' οἰκεῖ σώματος λαχὼν μέρος  
 ἐν χερσὶν ἢ σπλάγγνοισιν; κτλ.

Si Hartungius recte fabulae Inus argumentum enarravit, id quod nostro quidem loco videtur fecisse, loquitur haec Ino gravissimo dolore et factorum poenitentia percussa perfusaque horrore caedium, quae brevissimo temporis spatio alia aliam exceperant. Nam et Themisto, altera Athamantis uxor, decepta ab Inone suos ipsius liberos, quum illius interficere sese opinaretur, occiderat

ipsaque suspendio vitam finiverat, et Inus filius Learchus a patre per errorem vel insaniam telo transfixus erat. Hae caedes factae sunt propter simultatem et invidiam, qua duae Athamantis uxores altera erga alteram flagrabant. Ino igitur pudore ac poenitentia commota in se suoque sexu incusat, quae causa caedium fuerat, quod stimulis amoris et invidia usque eo agitari ambae uxores se passae sunt, ut ad scelera perpetranda descenderent; de quo evidenter sunt verba ὅσον νόσημα τὴν Κύπριν κεκήμεθα et versibus proximis:

τίς ἄρα μήτηρ ἢ πατὴρ κακὸν μέγα  
βροτοῖς ἔφρσε τὸν δυσώνυμον φθόνον.

Ab hac illa profecta sententia quum de misera mulierum sorte conquerens dicit

φεῦ  
ὅσῳ τὸ θῆλυ δυστυχέστερον γένος  
πέφυκεν ἀνδρῶν· ἐν τε τοῖσι γὰρ καλοῖς  
πολλῶ λέλειπται, κατὰ τοῖς αἰσχροῖς πλέον.

verbis haec videtur vis esse subiecta: Vae, quanto nos mulieres viris sumus infeliciores! nam in gravioribus rebus et honoratioribus virorum, in turpioribus feminarum versantur munera atque officia. Videlicet feminarum munera et officia familiae maxime et coniugii rationibus tuendis continentur; in hoc si quid a viro peccatum fuerit, ut erat re vera nostro loco, haec necesse est interponant se rei, quamvis sit inhonesta, eam ipsam ob causam, quod omnis earum vitae conditio et dignitas a coniugii rationibus pendet.

Hac igitur de causa Ino miseriorem mulierum, quam virorum sortem videtur existimare et ut tale quid significaret Euripides *δυστυχέστερον* dixit; si re vera vituperare feminarum naturam et indolem voluisset, alio, puto, verbo, ut *καίμιον*, vel tali aliquo usus fuit. Ceterum si quis mea loci interpretatione non probata statuerit, quum in aemulatione atque obtrectatione duarum unius viri uxorum fabulae actio versetur, feminas de libidine maiore, quam virorum esset, obiurgari, Euripides talibus id locis refutat, e quibus certius aliquanto concludi potest, quam ex hoc fragmento e rerum serie et ordine sententiarumque perpetuitate avulso. Conferas Ion. vv. 1096 — 1100.

ὄραθ' — — —  
ὅσον εὐσεβία κρατοῦμεν  
ἄδικον ἄροτον ἀνδρῶν.  
παλίμφομος αἰοιδὰ  
καὶ μοῦσ' εἰς ἀνδρας ἴτω  
δυσκέλαδος ἀμφὶ λέκτρων  
et Hippolyti vv. 963 — 967.

ἀλλ' ὡς τὸ μῶρον ἀνδράσι μὲν οὐκ ἐνι,  
γυναῖξί δ' ἐμπέφυκεν; οἷδ' ἐγὼ νέους  
οὐδὲν γυναικῶν ὄντας ἀσφαλεστέρους  
ὅταν ταράξῃ Κύπρις ἠβῶσαν φρένα.

Quibus quum addatur τὸ δ' ἄρσεν αὐτοὺς ἀφελεῖ προσκείμενον  
hoc facile intelligitur verbis Clytaemnestrae in Electr. vv. 1039 — 1040.

κάπειτ' ἐν ἡμῖν ὁ ψόγος λαμπρύνεται,  
οἱ δ' αἰνοὶ τῶνδ' οὐ κλύουσ' ἀνδρες κακῶς.

Itaque fragmento illo Ians non refelli arbitror quod supra posui; tamen longius progrediar et conabor probare, ne potuisse quidem contemnere feminarum naturam Euripidem, si constare sibi aliquo modo voluerit. Nam hic, si re vera opinatus esset, illas naturam minus faultricem habuisse in tribuendis animi virtutibus, quomodo coniugia maritalia tanti aestimare posset, quanti aestimavit, ut gravissimi momenti ea esse diceret ad vitam bene beateque agendam <sup>1)</sup> atque amorem feminae ingenuae et honestae et sapientiae et virtutis praeceptorem appellaret eumque iuvenibus etiam atque etiam commendaret? De quo est fr. 889 apud Nauck. hoc:

παιδεύμα δ' ἔρωσ σοφίας, ἀρετῆς  
 πλεῖστον ἰπάρχει  
 καὶ προσομιλεῖν οὗτος ὁ δαίμων  
 πάντων ἡδιστος ἔφην θνητοῖς·  
 καὶ γὰρ ἄλυτον κέρψην τιν' ἔχων  
 εἰς ἐλπίδ' ἄγει, τοῖς δ' ἀτελέστοις  
 τῶν τοῦδε πόνων μῆτε συνείην  
 χωρὶς δ' ἀγρίων ναιόμιμ τρώπων·  
 τὸ δ' ἔρωϊν προλέγω πᾶσι νέοισι  
 μήποτε φείγειν,  
 χρῆσθαι δ' ὀρθῶς ὅταν ἔλθῃ·

ibid. fr. 140.

ὄσοι γὰρ εἰς ἔρωτα πίπτουσιν βροτῶν  
 ἔσθλων ὅταν τήχασι τῶν ἐρωμένων  
 οὐκ ἔσθ' ὅποιας λείπεται τὸδ' ἡδονῆς.

ibid. fr. 674.

ὁ δ' εἰς τὸ σῶφρον ἐπ' ἀρετὴν τ' ἀγων ἔρωσ  
 ζηλωτὸς ἀνδρώποισιν· ὦν εἶην ἐγώ.

ibid. fr. 666.

ποιητὴν δ' ἄρα  
 ἔρωσ διδάσκει καὶν ἄμουσος ἦν τὸ πρῖν.

quo quidem loco de se ipso locutum esse poetam, satis facilis est coniectura; hoc quidem certum videtur, qui sic de amore statueret et sentiret, eum et ab inepto alienum fuisse mulierum odio, et has suo et iusto pretio aestimavisse. Itaque ex magna feminarum, quas in scenam ille induxit, copia, nulla nec animo nec mente viris est inferior; sive Medeam dicis iniuria ab Iasone illi illata ad scelestissimum facinus suscipiendum adductam, quae tamen antea et proba et diligentissima uxor erat, id quod etiam e dolore proditae colligitur, cf. Med. vv. 20 — 33, 96 — 98, 112 — 115, 133 — 138, 145 — 160, 228 — 229, et magna florebat sapientiae fama cf. vv. 294 — 195, 305; sive Helenam commemoras, cuius Euripides scripsit defensionem, qua ipsa et animo et mente non modo non inferior Menelao, sed superior apparet; sive Clytaemnestram, quae in Iphigenia Aulidensi cum superbia quadam maritum suorum ipsa morum prohibitatis admonet cf. Iph. Aul. vv. 1159 — 1164, precaturque, ne interficienda filia suum et liberorum animum a se velit alienare cf. ibid. vv. 1174 — 1194. Quid de Andromacha dicam? in cuius moribus describendis et laudandis praecipuo quodam studio et amore usque quaque Euripides ductus videtur esse, quae, etiam serva quum esset, satis

1) cf. locos supra laudatos.



tamen magni aestimatur a Peleo dignaque, cuius causa Menelai potentissimi regis odium et inimicitias ille suscipiat. Quid de Macaria, quid de Iphigenia loquar? nonne summa in iis est et generositas et ingenuitas? Quid de Polyxena? nonne memor pristinae dignitatis mortem vitae inhonestae praefert et, quum iam in eo esset, ut immolaretur, tam fortis est animi tantaeque constantiae et verecundiae, ut etiam tum decoris non obliviscatur cf. *Hec.* vv. 340—376, 430, 564—566, 573—576; quid de Electra, mascula virgine, cuius neque ingenium minus acutum ad excogitanda nova consilia cf. *Orest.* vv. 1178—1209; nec animus minus fortis in agendo, quam Orestis et Pyladis cf. *Electr.* vv. 966, 969, 975, 979, 981, 983, 1220—1221, amor vero blandus et caritas erga fratrem etiam maior; cf. *Orest.* vv. 207—208, 211—212 sqq. 252—253, 299, 1040—1045; quid denique de Alcestide? quae quum in flore aetatis et fortunae esset, pro marito sponte morti sese offert.

Hoc unum dico, cuius in mente tam eximia quaedam species dignitatis feminarum insederit, eam non potuisse earum naturam et ingenia parvi ducere, multo etiam minus eas odisse.

Sophocles quoque feminae praeclaram quandam speciem informavit Antigona; sed huius virtutes consanguineorum maxime, patris et fratris caritate cernuntur; apud Euripidem feminarum virtutes latius patent; nam etiam quae de maritis, posthabitis ipsarum commodis, caritate una permotae bene meruerunt, debita laude ornantur. Cf. *Alc.* vv. 83—85, 149, 155—160, 205, 232—239, 242—245, 249—251, 285—290, 251—381, 395, 456—478, 486—490, 626, 630—639, 678—679, 753—758, 836, 891—893, 995—1007, 1085, 1094.

Verum quid multa? Euripides apertissime dixit, quanti feminarum duceret indolem et naturam, quum imprimis praedicavit, quantam vim uxor proba haberet ad maritum ab erroribus et ineptiis cohibendum, cf. fr. *Ant.* apud *Stob.* tit. 67, 13.

*ζευθεὶς γάμοισιν οὐκεί' ἐστ' ἐλεύθερος·  
ἀλλ' ἐν γ' ἔχει τὸ χρηστόν· ἐν κήδει γὰρ ὦν  
ἐσθλῶ δέδοικε μηδὲν ἔξαρμαρτάνειν.*

et fr. 1041 apud Nauck.

*οἰκοφθόρον γὰρ ἄνδρα κολύει γυνή  
ἐσθλή παραζευθεῖσα καὶ σώζει δόμους.*

quum feminas in consilium adhiberi fecit, ubi de rebus gravioribus iisque publicis deliberatur; ut in *Supplicibus*, quum de humatione heroum Argivorum agitur, Theseus Aethram matrem, ut suam sententiam dicat, cohortatur hisce

*ὡς πολλά γ' ἐστὶ κἀπὸ θηλειῶν σοφά*

v. 295. cf. *ibid.* vv. 300, 335—338, 344—346 et gravissima matronae oratione permotus ille eam rem gerendam suscipit, quam et haec fabula celebrat et Isocrates in *Panathenaica* oratione 268, 29 sqq. ed. *Dind.* summis laudibus extollit.

Verum ne hoc quidem negligendum videtur, quod non raro Euripides rem ita instituit, ut, si qui viri in discrimine aliquo versentur nec sciant, quomodo inde sese explicent, ad feminarum prudentiam et calliditatem confugiant ab iisque serventur. Cf. *Hel.* v. 1048. *Orest.* vv. 1178—1182. *Iph.* *Taur.* vv. 1003—1004. *ibid.* vv. 1007.

*δειναὶ γὰρ αἱ γυναῖκες εὐρίσκειν τέχνας*

ubi animadvertas, nihil reprehensionis voce τέχνας contineri; *ibid.* v. 1028. *Androm.* v. 85.

*πολλὰς ἂν εὔροις μηχανάσῃ γυνή γὰρ εἴ.*

Hippolyt. v. 482 sq.

*ἢ τὰρ ἂν ὀψέ γ' ἄνδρες ἐξεύροισεν ἂν,  
εἰ μὴ γυναῖκες μηχανὰς εὐρήσομεν.*

quae si de mulieribus dicta essent, quantum clamorem putas sublatum iri contententium, Euripidem vel despexisse illarum naturam et ingenia vel neglexisse odio aliquo inepto adductum.

Sed adhibeat oratio modum et redeat illuc, unde deflexit. Gravissimum igitur coniugum officium et cui quasi fundamento omnis matrimonii felicitas superstruitur, hac re continetur, coniugii fides ne violetur. In qua re Euripidem ab aequalibus non minus dissensisse, quam ceteris in rebus, patet ex loco Electrae vv. 1039—1040. Nam quum Athenienses<sup>1)</sup> eo, de quo loquimur, tempore, si qui viri uxoribus fidi non manerent, illos vituperatione non tam dignos iudicarent, quam si hae illis, Euripides utrumque aequae in vitio esse censet. Et viri quidem erga coniugem quam perniciosa esset infidelitas, Medea docenda satis luculenter hic exposuit, ne id quidem silentio praeteriit, et iure et recte Medeam ulcisci mariti iniuriam; versu enim 268 sq. chori verba sunt haec

*ἐνδίκως γὰρ ἐκίση πόσιν*

*Μήδεια· πενθεῖν δ' οὐ σε θανατάω τύχας.*

cf. ibid, vv. 690, 694, 896—897, 1356—1357.

Sed non marito solum ipsius infidelitas nocet, verum uxoris boni mores ne pravo exemplo corrumpantur est verendum et ne, quae ille sibi indulserit, eadem sibi haec licere putet. Electr. vv. 1036 sq.

*μιμῆσθαι θέλει*

*γυνή τὸν ἄνδρα χείτερον κτᾶσθαι φίλον<sup>2)</sup>.*

Atque ut nostro quidem loco Clytaemnestra id maxime indignatur, quod in eandem, in qua ipsa habitat, domum, Agamemno pellicem introduxerit, ita ab eadem iniuria gravissima mala aliis quoque in locis proficisci dicuntur, nam iustae uxores oderunt pellicem, cf. Androm. vv. 181—182.

*ἐπίφθονόν τι χοῦμα θηλειῶν ἔφην*

*καὶ ξυγγάμοισι δυσμενῆς μάλιστ' αἰεί.*

et nihil non audent ius suum persequentes, cf. Androm. vv. 814—815.

*μὰ τὴν ἄνασσαν, οὐκ ἂν ἔν γ' ἐμοῖς δόμοις*

*βλέποντο' ἂν ἀγὰς τὰμ' ἐκαρποῦτ' ἂν λέχη.*

ibid. vv. 479—480. Med vv. 266 sqq.

*ὅταν δ' ἐς εὐνήν ἠδικημένη κροῖ*

*οὐκ ἔστιν ἄλλη φροῖν μισογονωτέρα.*

Has ob causas viri infidelitas ipsa per se non modo vituperatione digna verum inhonesta atque turpis est cf. Androm. v. 177 sq.

*οὐδὲ γὰρ καλὸν*

*δοῦν γυναικοῖν ἄνδρ' ἐν ἡγίας ἔχειν.*

ibid. v. 889.

*καλὸν γ' ἔλεξας, ἄνδρα δίσσ' ἔχειν λέχη*

1) Becker, Charikles t. II p. 481. sq.

2) cf. Aristot. oec. IV.

ibid. vv. 463 sqq. οὐδέποτε δίδυμα λέγτο' ἐπαινέσω βροτῶν

οὐδ' ἀμφιμάτορας κόρον;

ἔριδας οἰκῶν θυρμενεῖς τε λύπας.

μίαν μοι στεργέτω πόσις. κτλ.

ibid. vv. 576 sq. ἐνδὸς ἅ δύνασις ἀνά τε μέλαθρα κατὰ τε πόλιας

ἐνόταν εὐρεῖν θέλωσι καιρόν.

Atque huic quidem sententiae Andromachae fabulae argumentum quam maxime convenit, cuius in prologo versibus 29 et 30 id ipsum declaratur, Neoptolemum, ubi primum uxorem duxerit, omisisse pellicem; Andromacham domi retinuit, quia serva erat et mater Molossi ex Neoptolemo suscepti. Quod quidem hic imprudenter egit, nam praesente ea, quae antea pellex fuerat, iusta uxor stimulis amoris agitur. Andromachae igitur culpa nulla est, eaque servatur etiam hac de causa, quod coacta domino obsequuta erat, cf. Androm. vv. 36 — 38.

His omnibus locis et Helenae versu 572, ubi Menelaus indignabundus admodum, „Ego, hercle, inquit, unus duarum feminarum maritus non eram“ his, inquam, locis etiam hoc certe efficitur, — acerrimum Euripidem exstitisse *μονογαμίας* propugnatorem.

Nec depellor de hac sententia iis, quae in „Encyclop. litterar. Halensi“ s. v. „Euripides“ leguntur: Euripides hat sich hierdurch (odio mulierum) zu allerlei Fecten, zum Theil drolligen Vorschlägen für eine Weltreform, worin die Weiber weniger unbequem würden, verleiten lassen; um nichts zu erwähnen von Hippolytus 616, wodurch man auf einen Schlag der Weiber losgeworden wäre, rät h er, daß reiche Leute, die etwas daran wenden können, eine Menge Frauen hielten, um sich die besten auszuwählen.“ —

Haec enim et cum Medea fabula, cum Andromacha acerrime pugnant, et locis fabularum plurimis refutantur. Nec fragmento Inus, quo vir doctissimus, qui illa scripsit, uti videtur, quicquam equidem effici existimo nisi et monogamiam legibus moribusque sancitam fuisse, et Athamantem, cuius illa verba sunt, ea usum esse rerum conditione, ut plures uxores magis ei convenirent <sup>1)</sup>.

Nam hic quum mortuam esse Inonem uxorem putaret, alteram duxit Themistonem; iam ubi rescivit illam in vivis esse seque duarum feminarum maritum, queritur, quod legibus non sit permissum plures simul uxores habere quaeque placeant ex his, eligere, ceteras dimittere.

Ceterum Inus fabulae argumentum ad Andromachae similitudinem proxime videtur accessisse; a similitate enim et invidia duarum uxorum fabulae tristissimus eventus repetitur.

Multo etiam minus e Protesilai fragmento, quod huc referri possit

κοινὸν γὰρ εἶναι χορὴν γυναικῶν λέχος

conclusio certa effici potest; conferas tamen, nisi molestum est, Hartung. Euripid. restit. t. I. p. 273.

1) fragmentum Inus hoc est:

νόμοι γυναικῶν οὐ καλῶς κείνται πέρι·  
 χορὴν γὰρ τὸν εὐτυχοῦνθ' ὅτι πλείστας ἔχειν  
 γυναῖκας εἶπερ δὴ τροσὴ δόμοις παρῆν·  
 ὡς τὴν κακὴν μὲν ἐξέβαλλε δομῶν  
 τὴν δ' οὐσαν ἐσθλὴν ἠδέως ἐσώζετο  
 νῦν δ' εἰς μίαν βλέπουσι, κίνδυνον μέγαν  
 ῥίπτοντες· οὐ γὰρ τῶν τρόπων πειρώμενοι  
 νύμφας ἐς οἴκους δοματίζονται βροτοί.

Denique etiam atque etiam repetendum mihi videtur esse, Euripidem tales fluxisse homines, quales sunt, eamque ob causam talia loquentes, qualia conditioni, in qua quisque sit, conveniant. Quod quia non reputaverunt, non nulli in tot errores inciderunt Euripidique ipsi imputarunt, quaecumque qualescunque personas proferentes fecit, atque eiusmodi errores eo plures sunt commisi, quia nihil tam absurdum tamque ineptum apud eum reperiebatur, quod in mentem osoris mulierum, quem opinantur, convenire non videretur.

Sed redeamus ad propositum et videamus de feminarum infidelitate quid senserit poeta. Et primum quidem occurrunt Hippolyti versus 409—410: „quae prima coniugii fidem violavit, ea omnibus hominibus odio est et digna, quae turpissime pereat;“ quibuscum optime congruit, quod in Troadibus vv. 1020—1026 cl. 1027—1029 Hecuba Menelaum cohortatur, ut exemplum in Helenam edat, eamque morte puniat. Quod consilium cum ille prava libidine ductus secutus non sit, graviter incusatur et obiurgatur Androm. vv. 618—621.

Deinde, „quae maritum prodidit, ea sollicitudine et timore crucietur necesse est, ne aspicere quidem eum potest, metuens, ne conscientiae notas ille in ipso ore deprehendat,“ Hippol. vv. 415 sqq.

Et ut infidelitas mariti toti familiae incommodum et detrimentum affert, ita uxoris et marito et liberis ignominiae est et dedecori; Hippol. vv. 422—427, Hel. vv. 685—689; nam e prava uxore de mariti pravitate et nequitia fit coniectura. Orest. v. 729.

*εικότως κακῆς γυναικὸς ἄνδρα γίνεσθαι κακόν.*

Infelix igitur est qui feminam a se corruptam in matrimonium ducit; nam ille alteri marito non magis fida erit, quam fuerat priori et, quum uterque flagitii alterius sit conscius, nec maritus uxorem magni aestimabit, nec illum haec. Electr. vv. 916—926.

*εἰς τοῦτο δ' ἤλθεσ ἀμαθίας, ὥστ' ἤλπισας  
ὡς εἰς σε μὲν δὴ μητέρ' οὐχ ἔξεις κακὴν  
γῆμας, ἐμοῦ δὲ παιρὸς ἠδικεῖς λέχη.  
ἴστω δ', ὅταν τις διολέσας δάμαρτά του  
κοιτυαῖσιν εὐναῖς εἶν' ἀναγκασθῆ λαβεῖν  
δύστηρός ἐστιν, εἰ δοκεῖ τὸ σωφρονεῖν  
ἐκεῖ μὲν αὐτὴν οὐκ εἶχειν, παρ' οἱ δ' εἶχειν.  
ἄλγιστα δ' ὄψεαι οὐ δοκῶν οἰκεῖν κακῶς.  
ἠδείσθα γὰρ δὴν' ἀνόσιον γῆμας γάμον  
μήτηρ δέ σ' ἄνδρα δυσσεβῆ κεκτημένη.  
ἄμφω πονηρῶ δ' ὄντι' ἀφαιρεῖσθον τύχην.*

Quod locis a nobis, quum de eligenda coniuge agebamus, laudatis efficiebatur, id nostro loco plane declaratur, Euripidem mutua coniugum existimatione atque caritate amorem coniugalem niti velle, illa si non accesserit, hunc omnino locum non habere.

Ex hoc deinde fonte oritur concordia, quae summam salutem et felicitatem domui familiae-que affert, Med. vv. 14—15.

*ἤπερ μέγιστη γίνεται σωτηρία  
ὅταν γυνὴ πρὸς ἄνδρα μὴ διχοστατῆ*

qua iam in Homeri carminibus nihil melius esse, nihil optabilius praedicatur. Odyss. ζ vv. 180 sqq.

Hoc igitur tamquam fundamento Euripides dulcissimam quandam et suavissimam coniugii felicitatem excitavit.

Et plurimum quidem in his rebus valere uxor dicitur; nam quae in mariti amore et caritate summam felicitatem ponit, fr. 1047.

γυναικὶ δ' ὄλβος ἦν πόσιν στέργοντ' ἔχη  
 ἐν ᾧ γὰρ ἦν μοι πάντα

Med. v. 229.

ibid. v. 566 sqq., quae lares patrios parentesque reliquit totamque se illi dedit, cf. fr. Dan. apud Stob. tit. 73. 11.

γυνὴ γὰρ ἐξελεθούσα πατρῶων δόμων  
 οὐ τῶν τεκόντων ἐστίν, ἀλλὰ τοῦ λέχους

quae denique cum marito in unum tamquam corpus confunditur et coalescit, fr. 901.

ἦτις ἀνδρὶ συντέτρεχε

haec, ut copias rei familiaris auget, ita talem se praebet marito, ut sive intret, gaudeat, sive foras eat, sit beatus. Iphig. Aul. vv. 1160—1162.

Cui hic non in mentem venit Schilleri praeclarissimi illius carminis, cui «campanae» nomen inscripsit?

Denique uxor maritum in rebus adversis consolatur, aegrotantem curat, bonorum aequae ac malorum illi est socia, nihil omnino est, quod pro illo non suscipiat, fr. Oed. 901.

ἦδὺν δ', ἦν κακόν τι πράξει συσκυθροπάξει πόσει  
 ἄλογον ἐν κοινῷ τε λύπης ἡδονῆς τ' ἔχειν μέρος·  
 σοὶ δ' ἔγωγε καὶ νοσοῦντι συννοσοῦσ' ἀνέξομαι  
 καὶ κακῶν τῶν σῶν συνοίσω, κοῦδέν ἐστὶ μοι πικρόν.

fr. Phrix

γυνὴ γὰρ ἐν νόσοισι καὶ κακοῖς πόσει  
 ἡδιστόν ἐστι, δόματ' ἦν οἰκῆ καλῶς,  
 ὄργην δὲ προάνουσα καὶ δυσθυμίας  
 ψυχὴν μεθιστάσ'.

fr. 820 Phoenicis

δίκαί' ἔλεξε· χρῆν γὰρ εὐναίῳ πόσει  
 γυναῖκα κοινῇ τὰς τύχας φέρειν αἰεὶ.

Quae quum ita sint, non est, quod miremur eorum, quibus coniuges morte sunt ereptae, dolorem mollissimis ab Euripide iisdemque ornatissimis et illustrissimis verbis depictum esse.

Theseus quidem ut moriatur, exoptat Hippol. vv. 831—833, atque uxoris mortem gravius malum iis esse pronuntiat, qui superstites sint, quam ipsi mortuae Hippol. v. 834 cf. Alc. vv. 941—942. Magis etiam animum permovent, quae Admetus conqueritur: nihil viro, inquit, infelicius accidere potest, quam ut uxorem fidam amittat; Alc. vv. 892—893. post eam amissam non amplius vita ille delectatur, ibid. vv. 1086 cl. 358, nec scit, quo modo vitam ferat, vv. 947—949, quin etiam mortuis invidet eorumque sibi sortem exoptat vv. 879—889, nil nisi mors dolorem eius et luctum mitigare potest. vv. 1087—1088.

Sed non Admetus solum Alcestidis mortem luget, verum totius familiae gravissimus dolor est ob eam ereptam, quae omnibus fuerat mater, vv. 781—783, 837, atque praeclarissima carmina,

quae chorus de Alcestidis laudibus cantat, probant poetae persuasum fuisse talem, qualis Alcestis fuerat, feminam tanta luctus et doloris vehementia esse dignissimam. cf. vv. 449—479; alterius carminis vv. 995—1007 facere non possum quin verba hic adscribam:

φίλα μὲν ὄτ' ἦν μεθ' ἡμῶν  
 φίλα δὲ καὶ θανοῦσα ἔσται <sup>1)</sup>.  
 γενναιοτάταν δὲ πασῶν  
 ἔξεύξω κλισίαις ἄκοιτιν.  
 μηδὲ νεκρῶν ὡς φθιμένων  
 χῶμα νομιζέσθω  
 τύμβος σᾶς ἀλόχου, θεοῖσι δ' ὁμοίως  
 τιμάσθω, σέβας ἐμπόρων.  
 καὶ τις δοχίαν κέλευθον  
 ἐμβαίνων τόδ' ἔρει· αὐτὰ ποτὲ προὔθαν' ἀνδρὸς  
 νῦν δ' ἐστὶ μάκαιρα δαίμων.  
 χαῖρ', ὦ πότνι', εὐδὲ δόλης.  
 τοιαὶ νιν προσεροῦσι γῆμαι.

Habes egregias laudes ingenuae feminae virtutis, nec ab ullo poetarum recentiorum et christianorum Euripides in hisce est superatus, superavit ipse illos eo, quod ne morte quidem amoris vincula solvi prior docuit Alcest. vv. 374—375.

ἀλλ' οὖν ἐκέῖσε προσδόκα μ', ὅταν θάνω  
 καὶ δῶμ' ἐτοίμαζ' ὡς συνοικήσουσά μοι.

graecorum vero poetarum tragicorum, quos quidem norimus, nullus talia composuit, nullus tanto honore feminae virtutem dignam habuit, quanto Euripides. —

Quo magis est mirandum, quod, qui praecipuo quodam studio ad tales fabulas docendas ductus videtur esse, in quibus feminarum praecipuae essent partes, qui rerum domesticarum ac privatarum descriptiones primus in scenam introduxit, ob id ipsum ab aequalibus vituperatur, cf. Aristoph. ran. vv. 959, 1049—1050, quod huic inquam mulierum odium affinxerunt.

Quoniam igitur vidimus iis, quae in fabulis in mulieres dicta reperiuntur Euripideum earum odium non modo non subesse, sed impugnari et refutari vel veterum poetarum cavillationes vel aequalium prava iudicia, deinde quae nihilo minus nonnullae personae in feminas protulerunt, proficisci partim a rerum conditione, in qua illae constitutae fuerint, partim ab earum et ingenio et moribus pravis, has igitur ob causas arbitramur omnis huius Euripidei, quod ferunt, odii mulierum originem ducendam esse ab Aristophane; qui quidem qua de causa illi id afflaxerit, alio loco demonstrare conabor.

1) Dedi lectionem cod. Flor. Vossii.

Finis.